

est super omnia Deus benedictus uter dignitatem: sed attendit ordinem conjugalem.

## In tertio Nocturno.

## Lectio VII.

Lectio sancti Evangelii secundum  
Lucam. Cap. 2.

**I**N illo tempore: Ut persecerunt Parentes Jesu omnia secundum i legem Domini, revesi sunt in Galileam, in civitatem suam Nazareth. Puer autem crescerebat et confortabatur, plenus sapientia, et gratia Dei erat in ille. Et reliqua.

Hymnus sancti Augustini Episcopi,  
Hom. 63. De conson. Evang. Matth.  
et Lucae, in generali. Do  
mini cap. 10 et 11.

**C**UM dixisset Maria: Pater tuus, et Ego dolentes quærebamus te, ille respondebat: Non sciebas, quia in his oportet me esse, quæ Patris mei sunt? Non enim sic se volebat esse Filium illum, ut non intelligeretur Filius Dei. Filius enim Dei, semper Filius Dei: creans illos ipsos. Filius autem hominis, ex tempore natus de Virgine sine semine, parentem habebat utrumque. Unde hoc probanuist? Jam dixit Maria. Pater tuus, et ego dolentes quærebamus te. Non est praetermittenda, Fratres, maximè propter disciplinam scolarum, sororum nostrarum, tam sancta modestia Virginis Mariæ. Christum pepererat, Angelus ad eam venerat, et dixerat ei: Ecce concipies in utero, et paries Filium; et vocabis nomen ejus Iesum: Hic erit magnum, et Filius Altissimi vocabitur. Meruerat parere Filium Altissimi, et erat humillima: nec se magno, nec in ordine nominis præferebat, ut dicere: Ego et Pater tuus, sed Pater tuus, inquit, et ego. Non attendit sui

terrum; et conferat mea nostra, media nostra, tuo quo Filio nostro. Filio repre cta, per gra cta, per præro cisti, per mi rcepisti; ut dignatus es s et miseria intercedente os gloriae et s Christus nos ter, qui

## Lectio VIII.

**N**ON enim humili Christus Matrem suam superbire docuisset. Pater tuus et ego dolentes quærebamus te. Pater tuus, inquit, et ego: quia caput mulieris vir. Quantominus debent superbire cæteræ fœminæ? Nam et ipsa Maria mulier dicta est, non corrupta virginitate, sed appellatione propriâ gentis suæ. Dicit enim de Domino Iesu Christo et Apostolus: Factum ex muliere: non tamen interrupit ordinem et textum fidei nostræ, quæ confitemur natum de Spiritu Sancto, et Virgi Mariæ. Illa enim Virgo concepit, Virgo peperit, Virgo permansit. Sed mulieres omnes fœminas illi appellaverunt, proprietate linguae Hebrææ. Audi evidentissimum exemplum. Prima fœmina quam fecit Deus sumptam de latere viri, antequam cum viro concumberet, quod posteaquam de paradiso exierunt, scribitur factum: tamen mulier jam vocabatur, dicente Scripturâ: formavit eam in mulierem.

## Lecture IX.

**Q**UID ergor espondet Dominus Jesus Christus? Oportebat me esse in his, quæ Patris mei sunt. Non sic indicat Patrem Deum, ut neget Patrem Joseph. Unde hoc probamus? Secundum Scripturam, quæ sic ait: Et dixit ad illos, non sciebatis quia in his quæ Patris mei sunt, oportet me esse? Illi autem non intellexerunt, quid illis locutus est. Et cum descendisset cum illis, venit Nazareth, et erat subditus illis.